

bus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 9. Octobris 1659. Pont. nostri Anno V.

CCLXII.

Ordinationes circa Conventus Briocen., & Landernien. super quibusdam controversiis inter Fratres Recollectos, & Cordigeros Ord. S. Francisci in Gallia exortis, in Cap. Gen. d. Ord. emanat.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Postulatio.

§.1. **E**Xponi Nobis, nuper fecit dilectus filius Nicolaus Bernardus FF. Minorum Ord. S. Francisci Recollectorum nuncupatorum Regni Gallie in Romana Curia Agens Generalis, & Provinciae Britanniae ejusdem Ordinis Procurator specialis, quod alias dilecto pariter filio Guilmotro Troillet ex parte Cordigerorum Conventus Briocen., ac etiam Cleri Civium, & fundatoris ejusdem Conventus Procuratore, necnon ipso Nicolao ex altera parte in Contradictorio auditis, emanarunt ad favorem d. Provinciae Recollectorum Apostolicae in simili forma Brevis literae, quibus injungebatur Fratribus Cordigeris Conventus Briocen., ut Ministro Provinciali Recollectorum tanquam suo legitimo Superiori obedirent, sicut per spatium octodecim annorum fecerunt, ac praecipiebatur quatenus Fratres Provinciae Turoniae Pictavien. in supradicto Conventu instituti sine ulla legitima obedientia Superiorum Ord., qui per duos annos jam inobedientes, & rebelles remanent, sub censuris ecclesiasticis ad suam remeant Provinciam dictusque Conventus Briocen. pacifice relinquere, & Fratribus Recollectis traderetur, ut diurnum in ipso persolverent Officium, quia tantummodo septem Presbyteri de eadem Provincia professi supererant in d. Conventu, & ob ipsorum paucitatem nequibant in omnibus, quae ad statum d. Familiae, & chori functiones pertinent, satisfacere; Sed his non obstantibus d. Cordigeri praedictas Literas Apostolicas, ac Congregationes Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, necnon Capituli Generalis d. Ordinis Decreta spernunt; & contumaces, inobedientesque maximo cum scandalo absque ullo legitimo Superiore perseverant, dicentes, quod Cives nolint Recollectos admittere, & praetextu cuiusdam arresti Parlamenti secularis rebelles iactant se non discepturos, nec praedictis Literis Apostolicis obtemperare volunt.

§.2. Cum autem, sicut eadem exponi-

tio subjungebat, dictus Nicolaus plurimum cupiat a Nobis ordinari, ut nullus in Superiorem instituitur tam in d. Conventu Briocen., quam etiam in Landernien. si (qui duo tantummodo Conventus supersunt in tota Provincia reformandi) quin sit de eadem Provincia, & sub gubernio Ministri Provincialis, nec etiam extranei dictos ingrediantur Conventus, sed illi, qui sunt intrusi reiiciantur, sicut praedictae Literae Apostolicae de mensibus Februarii, & Martii 1658. expedite disponunt; neque duo Conventus hujusmodi ullo modo a Provinciae Britanniae dismembrantur, sicut eadem literae ordinant, sed semper sub obedientia Ministri Provincialis remaneant secundum conditiones in transactionibus ab utraque parte factas, & alias opportune in praemissis provideri, & ut infra indulgeri: Nos eundem Nicolaum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de praefata Congreg. Cardinalium consilio, attentis narratis, ac audita per eosdem Cardinales relatione dilecti filii Ministri Generalis Ord. hujusmodi, auctoritate apostolica tenore praesentium decernimus Literas Apostolicas in forma Brevis, & decretae ejusdem Congregationis, necnon Ordinationes a novissimo Capitulo Generali d. Ordinis circa praemissa emanat. omnino servanda esse, ac propterea, quod nullus tam in Conventu Briocensi, quam in Landernien. in Superiorem eligatur, & instituitur, nisi a Definitorio memoratae Provinciae Britanniae juxta solitum, hac posita conditione, quod Recollecti hujusmodi Provinciae gubernent Conventus memoratos sub cantu Gregoriano in Missis, Vesperis, & Funeralibus; Item, quod d. duo Conventus nullo modo dismembrantur a Provincia, sed sub gubernio Provincialis sint, & esse debeant, eosque Fratres extranei non ingrediantur, immo illi, qui reperiuntur intrusi eiiciantur, sub poena autem excommunicationis ipso facto incurrere eorumdem tenore praesentium inhibemus omnibus, & singulis Provincialibus Regni Galliae d. Ord., ne suos Religiosos Fratres in praefatos duos Conventus mittant; Ministro vero Provinciali Turoniae Dictauren. injungimus, ut suos Religiosos intrusos in Conventu Briocen. revocet, & discedere cogat, ac in suam Provinciam remeare. Ut autem haec omnia debitum fortiantur effectum, eorum executionem Venerabili Fratri Episcopo Leonen., necnon dilectis filiis ejus Vicario, & Officiali tam conjunctim, quam divisim, qui per Ecclesiasticas Censuras, & poenas compellendos, & rebelles compellant cum omni potestatis plenitudine committimus, & injungimus.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas firmas &c. sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios &c. defini-

Postulata conceduntur, & Fratres in proprium Conventum revocantur.

niri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit, attentari.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obstantibus praemissis, necnon fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis &c. & aliis Constitut., & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ord., ac Provinciae, & Conventuum hujusmodi, aliisve quibusvis &c. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fides habenda

§.5. Volumus autem, ut praesentium transumptis &c. eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsismet praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 10. Oct. 1659. An. V.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 10. Octobris 1659. Pontificatus nostri Anno V.

CCLXIII.

Reformatio Collegii Curforum Apost.

ALEXANDER PAPA VII.

Motu proprio, &c.

Quid factum sit a Paulo V. circa hujusmodi praeria referatur.

ALias felic. recordat. Paulus Papa V. Praedecessor noster, ut Collegium Curforum a maximis interusuriis, quibus fere singuli premebantur pro alienis pecuniis, quas pro emptione eorumdem officiorum perciperant, liberaret, 25. officia militiae Prae vendibilia, & resignabilia ad instar aliorum Officiorum Militum Piorum sub certis tunc expressis conditionibus erexit, & instituit, & pretium, quod ex venditione, & integra expeditione dictorum singulorum 25. Offic. tunc erectorum in prima vice retraheretur, ad effectum tamen satisfaciendi eorum Creditoribus, qui pecunias pro Officiis Curforatus emendis contribuerant.

§.1. Indemnitati vero eorum, qui dd. Officia militum Piorum sic emerant, & securitati prospicere volens, mandavit, ut singulis mensibus ex certis ibidem eorumdem Curforum massa assignatis redditibus ab eisdem Curforibus ex Curforatus Officii emolumentis persolvendis, de quorum solutione eorum Magistris pro tempore existenti sub poena excommunicationis majoris latae sententiae ipso facto incurrenda, rationem reddere deberent, & tenerentur, scuta 113. & bonon. lxxv. eisdem Militibus, sive eorum Depositariis, aequaliter inter ipsos dividenda persolverentur, gravissimis impositis poenis, tam fraudan-

Supradictum confirmatur.

tibus dictam massam, quam deficientibus in praed. solutione dictis Officialibus Militum Piorum sicuti ex eisdem massa redditibus solvi mandavit fructus locorum Montium Pacis tunc dictorum, necnon alia onera eidem Collegio incumbentia, quibus integre solutis, quicquid ex dicta massa supererat, aequaliter inter eosdem Curfores dividi voluit, quibus etiam expresse inhibuit ne de cetero perpetuis futuris temporibus sub solutione CC. scutorum, & suspensionis ab exercitio Curforatus officii per annum integrum pro prima, & solutione CCC. scutorum hujusmodi, ac suspensione ejusdem officii per duos annos pro secunda, necnon solutionis scutorum D. similibus, pro una Camerae Apost., vel alicui loco Pio, arbitrio ejusdem Praedecessoris & altera medietatibus eidem Collegio Curforum irremissibiliter applicandorum, & perpetuae privationis exercitii officii Curforatus, ac excommunicationis majoris latae sententiae pro tertia vicibus hujusmodi per quemlibet ex ipsis contravenientem, incurrendis poenis, aliquem appatum Citationum cum quibusvis personis facere, vel inire, nec per interpositam personam etiam quovis praetextu, vel ingenio, quaesito colore, vel causa, & occasione aliquos libros, inscriptiones, notulas, & ut vulgo dicitur *ricordi*, tam parvos, quam minimos, vel etiam quaecumque computa, etiam minima, cum quibusvis personis conficere auderent, seu praesumerent: sed bononensos ex dictis Citationibus, & expeditionibus provenientes in unum pro dicta massa conficienda congerere ad effectum solvendi ut supra, tenerentur; super qua massa, & illius augmento tunc assignato expresse voluit, & ordinavit, ne de cetero perpetuis futuris temporibus possent Domini Titulorum ipsorum Officiorum Curforatum aliquam ratam participare, nec ad effectum quomodolibet participandi, aliquod pactum, vel promissionem cum eisdem Curforibus facere, vel inire, ad quorum omnium observationem voluit, ut tunc omnes existentes Curfores sese in ampliori Camerae Apost., & quacumque alia juris valida forma, quicumque vero de eisdem Curforibus Officiis in posterum provideretur antequam ad illius exercitium admitteretur, & reciperetur, se obligare tenerentur, & alias prout in ipsius Praedecessor. literis in forma Brevis sub Dat. prima Oct. 1614. Pontificatus ejusdem Praedecessor. anno 10. plenius continetur.

§.2. Cum autem, sicut nobis non sine animi nostri molestia nuper innotuit, praedicti redditus per dictum Praedecessor. hujusmodi massa sic assignati, non solum fideliter non persolvantur, sed plures fraudes in eorum solutionibus ab eisdem Curforibus committantur in ejusdem massa, Camerae nostrae Apost., quae solvendi assignamenta dictis Militibus Piiis, necnon Depositariis ejusdem Camerae pro dictis locis Montium Pacis suppressis, & aliis illorum loco ere-

eis onus in se assumpsit, & aliorum, qui officium Curforum huiusmodi de suis propriis pecuniis sub illorum vita periculo emerunt, damnum, & præjudicium, quibus, & aliis nonnullis etiam in dd. literis Prædecess. nostri contentis, quæ, ut experientia docuit, aut nullo modo, aut difficillime servari possunt, providere volentes, negotium huiusmodi nonnullis S.R.E. Cardinalibus, ac Romanæ Curie Prælati, & aliis probis viris commissimus, qui sepius congregati, ac partibus auditis, negotium huiusmodi mature examinatum, & discussum nobis retulerunt, proindeque securitati tam massæ Curforum, quam Camera nostræ, aliorumque interesse habentium indemnitati ac Curialium commoditati opportune consulendum decernimus.

Contravenientes puni.

§.3. Motu igitur proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblata petitionis instantiam, sed de nostræ, & Apost. potestatis plenitudine, prædictas Prædecessoris literas, earumque dispositionem super forma exigendi redditus per prædictos Curfores debitos, & notulas, ut præfertur, prohibitas, quoad censuras, & poenas spirituales, & alias in prædictis literis comminatas, & fulminatas, eandem tamen quoad reliqua in illis deposita in suo robore, & observantia permanere limitamus, reducimus, & moderamus. Statuentes ex nunc de cætero, quod perpetuis futuris temporibus quilibet ex dd. Curforibus emolumentorum partem, quæ ex Citationibus, Inhibitionibus, Monitoriis, Renovationibus, aliisque quibuslibet expeditionibus, tam reproducendis, quam reproduci non solitis, præd. Massæ assignatam ad ejusdem creditum fideliter, & integraliter describi facere debeat, & teneatur. Quod si aliquid ex præd. emolumentis massæ assignatis fraudatum quoquo modo fuerit, aut Curfores sibi retinuerint, teneatur in poenam quilibet Curfor, & etiam illorum Magister pro quolibet bononeno sic fraudato, vel retento, omni excusatione etiam invincibilis ignorantie remota ad solutionem juliorum x. monetæ Romanæ per causarum Curie Camera Apost. Generalis Auditoris eo ipso, nulla iudicii forma servata, sed sola facti veritate inspecta, quorum x. juliorum, unam Denunciatori, seu Delatori, aliam vero medietatem massæ præd. applicamus, cujus etiam securitati, ac proinde ejusd. Camera, & aliorum interesse habentium indemnitati magis consulentes, volumus, & decernimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ante Congregationem faciendam secunda die Dominica cujuslibet mensis, singuli Curfores in Banco Archihospitalis S. Spiritus, seu alio loco tuto, & securo, arbitrio pro tempore existentis Generalis Auditoris prædicti, integram massæ ratam ab ipsis ex emolumentis præcedentis mensis perceptis debitam deponant, quæ nulla ratione, etiam prætextu rate sibi postea ex eadem massâ (solutis prout

Huiusmodi pretium in aliquo loco servandum mandatur.

infra oneribus) tangentis retardari possit, & quilibet Curfor cedulam depositi in dicta Congreg. deferre, & Magistro tradere teneatur, sub poena suspensionis ab Officio ipso facto, absque alia iudicis declaratione donec dictam ratam deposuerit, cedulamque Magistro, ut supra consignaverit, qui infra triduum a die habitæ Congregat. præd. notam Curforum, qui in præd. deposito defecerint, eidem Auditori gen. tradere sub poena privationis Officii Magisterii teneatur, ut ab eod. Auditore in casum non observantiæ suspensione puniri ejus arbitrio possint.

Qui præcipit vult in violabiliter observentur.

§.4. In ipsa vero die Congregationis Magister Curforum in prima, seu sinistra facie libri ad hunc effectum singulariter habendi describat ordinatum suum, & cujuslibet Curforis nomen, cum quantitate pecuniarum debitarum, tam ab ipso Magistro, quam a singulis Curforibus, cum subscriptione ejusd. Magistri, ac Decani, vel in huius defectum antiquioris Curforis & duorum deputatorum supra massam in ead. facie. In secunda vero facie ejusd. libri ex opposito notabit solutionem a singulis, & quibuslibet in Banco Archihospitalis S. Spiritus factam, juxta quietantiam desuper productam, sequenti vero folio registrentur singula mandata directa ad prædictum Bancum subscribendum a Magistro, & Decano simul, vel loco Decani ab antiquiori Curfore cum distributione suprad. pecuniarum solvendarum infra scriptis, videlicet. Primo loco Depositario gen. Camera Apost. in satisfactionem onerum a Collegio Curforum debitorum. Subinde resvataris Decretorum, & aliis creditoribus singulorum Curforum respective ratione cujuslibet officii. Et denique Magistro, & aliis Curforibus pro rata massâ singulos tangentis.

§.5. Præterea Magister Curforum pro tempore existens teneatur exhibere suprad. librum pro tempore existentem Auditori Gen. infra triduum a die habitæ Congreg. computandum, sub suspensionis per unum mensem a sui officii exercitio, aliisque poenis ejusd. Auditoris gen. arbitrio in qualibet contraventione supra dispositorum, vel alicujus eorum. Et quia tum Curialibus, tum eisd. Curforibus onerosa nimis redditur prohibitio faciendi citationes, aliasque expeditiones habita fide solutionis, ut ambas partes ab huiusmodi angustiis sublevesimus, cuilibet ex Curforibus permittimus, ut illorum arbitrio, absque ulla poenarum, aut censurarum incurfu in præd. Prædecess. literis impositis citationes, intimationes, aliasque omnes expeditiones sub fidè Curialium ipsis benevolorum expedire possint, & valeant, non retardata tamen huiusmodi, sive alia de causa solutione reddituum massæ, ut supra debita, & singulorum mensium initio facienda, firma etiam remanente prohibitione sub eisdem poenis, & censuris in dd. Prædecess. literis, & aliis etiam corporis afflictivis arbitrio

bitrio nostro, seu pro tempore existentem Gen. Auditoris præd. condemnandis, incurrendis, & exequendis, ne quemlibet appaltum, aut aliquam remissionem mercedis citationum, intimationum, seu aliarum quarumcumque expeditionum, cum quibusvis personis, tam Ecclesiasticis, & speciali nota dignis, quam Regularibus, & secularibus, quovis prætextu, quæsito colore, & occasione facere, aut inire cuilibet Curfori etiam Magistro liceat.

§.6. Ne vero suprad. dilata solutio ob morositatem alicujus debitoris nimis gravis, & damnosa reddatur Curforibus: Volumus, & mandamus, ut de cætero quilibet Curfor libellum unum, seu plures inscriptos per Magistrum præd. (libro di N. Curfore) & ab eisd. Magistro, & Curfore subscriptos, in quibus per eundem Curialem, aut ipsius Solicitorem, seu Substitutum propria manu citationes, Intimationes, aliasque expeditiones, expressa quantitate, ac die debiti adnotentur, penes se retineant, cui libro retento plena fides in iudicio, & extra habeatur. Exactio vero fiat juxta declarationem edicti desuper a dilecto filio Odoardo Vecchiarello, moderno Curie Casarum P. Apost. Auditore desuper stabilendi, & publicandi. Consuetudinem demum, seu potius abusum, quod ad Officium Curforis admittendus, ultra solitam admisionem, alia scuta triginta diversis vicibus titulo Convivii solvere cæteris Curforibus teneretur, prorsus cassamus, & irritamus, & huiusmodi solutionem sub quovis prætextu fieri de cætero omnino prohibemus, imo ut eisdem Novitiis, qui præ cæteris in exercitio officii, & cum minori utilitate laborant, de aliqua subventionem provideatur, mandamus, ut singulis mensibus si Novitii in Collegio existant (quos pro talibus durante biennio a die habitæ possessionis haberi volumus,) ex d. massâ scuta sex monete inter ipsos dividenda, si plures sint, sin minus uni tantum per præd. Magistrum assignanda solvantur.

Decretum confirmat.

§.7. Decernentes præsentem nostrum motum proprium de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intimationis nostræ, aut quopiam alio defectu, notari, sed illum ab omnibus, & singulis quos concernit, & concernet quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari, & adimpleri debere. Sicque ab omnibus, & singulis censei, & ita per eund. Auditorem Gen., & quoscumque alios Judices ordinarios, contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.8. Non obstantibus d. Prædecess. literis, aliisque præmissis, ac d. Collegii Curforum, quatenus in aliquo obtinet, erectione, & etiam quatenus opus sit Pii Papæ IV. etiam Prædecess. nostri constitutione, in qua cavetur, quod indulta, & alie concessionem d. Camera interesse, aut gravamen quomodolibet concernentes intra certum tempus in ead. Camera registrentur, itaut dd. Curfores, & quilibet alii ad Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

præsentes in d. Camera præsentandum, & inibi registrari faciendum minime teneantur, &c. & alias in contrarium facientibus quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat motu proprio F.

Et cum absolute a censuris ad effectum, &c. Et quod. præd. Pauli Prædecess. literarum præd. tenores etiam veriores, ac Data habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis. Et de singulis statutis, & ordinationibus, mandatis, cassatione, irritatione, annulatione, prohibitionibus, singulis decretis, derogatione, aliisque præmissis, ut supra, quæ hic pro sufficienter, & ad partem repetitis habeantur, ut supra in literis latissime extendendum. Et cum opportuna deputatione ejusd. Auditoris Gen. qui facultatem habeat citandi, in forma inhibendi, & exequi faciendi. Invocato etiam brachii secularis auxilio, si opus fuerit, cum opportuna derogatione quomodolibet contrariorum in literis latissime extendendum: & quod sola præsentis Motus proprii Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obstante: seu etiam præsentium transumptis etiam impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeat, quæ præsen. adhiberetur, si forent originaliter exhibitæ, vel ostensæ, seu etiam desuper literæ Apostolicæ etiam per Breve nostrum, seu de Curia desuper expediri possint.

Datum Romæ apud S. Mariam Mariam Majorem Kalend. Octobris 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Dat. Kal. Oct. 1659. An. V.

CCLXIV.

Super exemptione Religionis Beati Joannis Dei nuncupatæ de Fate ben fratelli, ab omnimoda Jurisdictione Ordinariorum.

Et fasus de hac materia vid. notata ad Constit. 576. Urban. VIII. Tom. 6. Par. 2. fol. 148.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus Paganus Congregationis Fratrum Beati Joannis Dei Procurator Generalis, quod licet dudum fel. rec. Urbanus PP. VIII. Prædecess. noster per suas in simili forma Brevis literas die 6. Julii 1638. expeditas, de tunc existentium S.R.E. Cardinalis negotiis Regularium præpositorum consilio declaraverit, ac decreverit, ut quoad d. Con-

Motiva huius Const.

Exponentes a
censuris absol-
vantur.

utque qualibet die in choro Litan. B.M.V. recitare valeant, concedi, necnon quod ex duobus clavis hujusmodi unus Sacerdos, & alter Laicus esse debeat, etiam declarari. Insuper d. Abbati Provinciali, ac Superioribus ne audeant quocumque pretexto impedire quominus statuta die d. Definitorium convocetur, interdici, ac postremo ut ipsi Monachi tot fues, & scrofas, quot pro usu cujuslibet Monasterii necessarii fuerint, & non ultra alere possint, indulgeri summopere desiderent.

§.2. Nos d. exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, &c. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Card. negotiis, & consultationibus Episc. & Regul. praepositorum consilio, quibus preces supra scriptas examinandas remisimus consilio, fraternitati tuae per praesentes committimus, & mandamus, ut consilio tibi servatis servandis de veritate expositum, & quod hujusmodi petitio fiat a Capitulo Prov. praedictae Provinciae capitulariter, & per vota secreta, iisdem Monachis exponentibus, quod in praed. Conventu del Tardon habere possint Monachos usque ad numerum 99., & in illo de Galleguillos usque ad numer. 90., servata in reliquis forma praedictarum Litterarum ejusdem Innoc. Praedec., & praecipue quoad Sacerdotes, & Laicos; ac praeterea quod si contigat Magistrum Novitiorum aliquo gravi morbo, vel alio canonico impedimento detineri quominus Novitiis praesse possit, tunc, & tali casu deputetur per Definitorium Sacerdos necessarius praedictis requisitis, qui suppleat vices Magistri Novitiorum, firmo tamen semper remanente Coadjutore Laico: Quodque possint quotidie recitare in Choro Litanias B.M.V. Virginis, pulsata tamen salutatione Angelica vespertina: ad haec quod ex duobus Clavis in quolibet Conventu juxta Constit. eligendis unus debeat esse Sacerdos, & alter Laicus. Insuper quod Definitori antiquiori ad quem spectat convocare quater in anno Definitorium pro recuribus, licitum sit illud convocare congruis temporibus, nec Provincialis id impedire valeat quovis pretexto sub poena privationis officii eo ipso incurrenda: Demum, quod ad usum mensae ipsorum Monachorum, ipsique inservientium, hospitium, & elemosynae dumtaxat, & non alias, & in locis omnino separatis a pascuis ovium, & Caprarum a Constitutione permittarum emere, & alere possint tot fues, & scrofas, quot juxta eorum indigentiam, ac praedictorum mensae inservientium, hospitium, & elemosynae usibus tantum noverint posse consumi, ea lege adjecta, ut nullo pretexto, seu quaesito colore animalia, aut carnes hujusmodi vendere, permutare, aut de eis, & super eis quoslibet alios con-

tractus inire possint, auctorit. nostra Apost. concedas, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congr. eorum d. Cardinalium.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciae hujusmodi, ejusque Monasteriorum quorumcumque etiam Juramento &c. in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores &c. ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Junii 1656. Pontificatus nostri Anno II.

Contrariis derogatio.

Dat. die 2. Junii 1656. An. II.

CCLXVII.

Declarat modum habendum a Generali in visitando Congr. Monach. del Tardon.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus a Jesu Monachus, ac Procurator Gen. Congregat. Reformatae del Tardon nuncupatae, in Hispania consistentis Monachorum Ordinis S. Basilii, quod licet per lit. fel. rec. Clementis PP. VIII. Praedec. nostri super institutione, seu approbatione ejusdem Congregationis die 23. Sept. 1603. expeditas, quae incipiunt, *Altissimi dispositione &c.* caveatur expresse, Monachos Congregat. Reformatae hujusmodi Abbati Gen. d. Ordinis taliter subjacere, ut ipse per se, non vero per alium, nisi forte ex eadem Congregat. Reformata Monachum possit illos tam in capite, quam in membris, visitare, corrigere, & emendare, non vero in aliquo contra reformationem, seu constitutiones ab ipsis faciendas, & a Sede Apost. approbandas in communi, vel cum aliquo particulari dispensare, vel quidquam aliud mutare, seu innovare, neque Monachos Reformatos a suis Monasteriis alia quacumque de causa auferre, seu alios ab ipsis, & ad breve tempus recipi facere, vel aliud quidquam ordinare, seu statuere, in quo ipsos possit perturbare, seu quomodolibet inquietare, nihilominus dilectus filius Modernus Abbas Gen. Ord. praedicti vigore quarundam Litterarum rec. mem. Innocentii Papae X. Praed. pariter nostri, etiam in forma Brevis die 25. Junii 1647. expeditarum memoratam Congr. Refor. cum consilio, & interventu Monachorum assistentium non Reformatorum ejusdem Ordinis visitare, quin etiam ipse Abbas Gen., & Monachi non Refor. Ord. hujusmodi Monachos dd. Congregat. Refor. ad expensas pro exhibitione, seu manutatione dd. Monachorum Assistentium non Refor. contribuere teneri respective praetenderunt, & praetendunt. Quare praedictus Franciscus Procura-

Supplicatio.

Absolvit Orationem a censuris.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Dat. die 11. Febr. 1658. An. III.

rator Gen. Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§.1. Nos igitur ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: De Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Praepositorum consilio, attentis narratis, reque per eisdem Card. mature discussa, quoad visitationem servandas esse, literas praedicti Clem. Praedec. in forma Brevis expeditas, ut scilicet fieri debeat per ipsummet Abbatem Gen., & eo impedito per alium ex Congr. del Tardon, auctoritate apost. tenore praesentium decernimus.

§.2. Quoad contributionem autem pro Assistentibus, & eorum interventu in visitatione cum Abbate Generali literas memorati Innoc. Praedec. non comprehendere d. Congreg. seu Provinciam del Tardon, ac proinde Assistentes non posse intervenire in d. visitatione, nec d. Provinciam del Tardon teneri ad aliquam contributionem pro dd. Assistentibus. Quo vero ad accessum ad Capitulum Generale licet Monachis del Tardon mittere eos tantum quos permittunt literae in simili forma Brevis ejusdem Innocentii Praedecessoris, auctoritate, & tenore praedictis declaramus, salva semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas &c. inviolabiliter observari. Sicut in praemissis per quosc. Judices &c. definiti debere, ac irritum, & inane si secus &c. contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necnon quatenus opus sit, Ord. & Congreg. hujusmodi etiam juramento &c. in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus &c. ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die 11. Febr. 1658. Pontificatus nostri Anno III.

CCLXVIII.

Quod Generalis Congreg. Monachorum del Tardon, Ord. S. Basilii Magni visitet Congreg. eo modo, quo disponunt Brevia novissima Urb. VIII., & Innoc. X.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

LIas pro parte dilecti filii Francisci a Jesu Proc. Generalis Congreg. seu Provinciae del Tardon nuncupatae Monachorum Reformatorum Ord. S. Basilii Ma-

gni in Hispania Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositis exposito, quod fel. rec. Clemens Papa VIII. Praedec. noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 23. Septembris 1603. expeditas literas inter alia decrevit, eosdem Monachos Reformatos Abbati d. Ord. Gen. taliter subjacere, ut ipse per se, non vero per alium, nisi forte ex eadem Congregatione Reformatata Monachum, possit illos tam in capite, quam in membris visitare, corrigere, & emendare, non vero in aliquo contra eorumdem Monachorum Reformationem, seu Constitutiones ab ipsis faciendas, & a Sede Apostolica approbandas in communi, vel cum aliquo particulari dispensare, vel quidquam aliud mutare, seu innovare, neque Monachos Reformatos a suis Monasteriis ad alia quacumque de causa auferre, seu alios ab ipsis etiam ad Breve tempus recipi facere, vel aliud quicquam ordinare, seu statuere, in quo ipsos possit perturbare, seu quomodolibet inquietare.

§.1. Distincte Monachis reformatis Procuratorem ad Romanam Curiam eligendi, & ibidem pro d. Congreg. negotiis tractandis, quamdiu voluerint habendi facultatem tribuerit: rec. vero mem. Urb. PP. VIII. etiam Praedec. noster per quasdam suas in eadem forma Brevis literas die 30. Octobris 1629. expeditas Abbati Gen. Ord. praefati pro tempore existentis preceperit, ut in posterum praedictas literas in forma Brevis memorati Clem. Praedec. omnino observaret, & observari faceret, decernens illum, si unquam aliquem ex Monachis Reformatis hujusmodi contra dispositionem dictarum Litterarum ad Provincias non Reformatas transferre praesumpserit, poenam privationis vocis activae, & passivae eo ipso incurrere.

§.2. Nosque per nostras itidem in forma Brevis die 11. Februarii 1658. emanatas literas ordinaverimus, quoad visitationem servandas esse literas praedicti Clem. Praedec., ut scilicet fieri debeat per ipsummet Abbatem Generalem, & eo impedito per alium ex Congr. del Tardon, quoad contributionem autem pro Assistentibus, & eorum interventu in visitatione cum Abbate Gen., literas praem. Innocentii X. Praedec. pariter nostri non comprehendere d. Congreg., seu Provinciam del Tardon, ac proinde Assistentes non posse intervenire in d. visitatione, nec dictam Provinciam del Tardon teneri ad aliquam contributionem pro dd. Assistentibus: Praeterea praedictus Urb. Praedec. in quibusdam aliis suis in simili forma Brevis literis die 9. Jan. 1630. ad favorem dictae Congregationis del Tardon expeditis Abbati Gen. memorati Ord. injunxit, ut in visitatione d. Provinciae Reformatae expensas tantum necessarias, quae tamen summam ducentorum scutorum monetae Romanae non excedant, recipiat.

§.3. Ac demum similis rec. Paulus Pa-

Justa Brevis Urb. VIII. & Innoc. X. Visitanda est Congreg.

pa V. pariter Prædeceff. nofter etiam per quasdam fuas in forma Brevis literas voluerit, & ftatuerit, ut quamvis Provincialis Provincia hujusmodi notabiliter deliquerit, a Definitorio tamen, nifi ob crimen ex quo de jure deponendus, feu privandus veniat, tam ex officio, quam per inquisitionem, feu denunciationem, vel accusationem, aut alio quovis modo contra eum nequaquam procedi, fed ejus jurisdictionem ufque ad præfinitum tempus illafam durare, ipfe Francifcus Procurator Gen. pro majori obfervatione dictarum Literarum Apoftol. plurimum cupiebat ordinari.

§.4. Primo, ut Abbas Gen. Ord. prædicti in vifitatione, quam per fe folum facere potest, in Affiftentes eligere debeat duos antiquiores Definitores d. reformationis, nempe Presbyterum unum, & Laicum, feu Converfium alterum, vel alios duos, qui a Definitorio ejusdem Reformationis electi fuerint: ac eidem Abbati Generali prohiberi, ne exemptionem, aut privilegia dd. Monachis Reformatis concedat, fed præfatas Literas Apoftolicas obfervet, & ab omnibus proprias eorum leges, & institutum faciat obfervari, attento quod hac in re nonnulla inconvenientia funt fecuta, quibus reformatio hujusmodi perturbata fuit.

§.5. Secundo prohiberi eidem Abbati Generali ne a Conventibus, Prelatis, aut Monachis particularibus eorumdem Reformatorum majorem quantitatem pecuniarum, aut alterius cujufvis rei æquivalentis accipiat, quam que in vifitatione dictorum Reformatorum expenditur tam pro naulo, & stabulatione jumentorum, eorumque sustentatione, quam pro alia quilibet impensa, itaut expensa hujusmodi summam ducentorum scutorum moneta Romanæ prædictæ excedere non debeant, juxta prædictas Urb. Prædeceff. literas, itaque sub pœna privationis officii, & inhabilitatis perpetuæ tam per dantes, quam per recipientes incurrenda.

§.6. Tertio prohiberi Monachis reis, ne prætextu gravaminis ad alios Superiores, quam primo ad Definitorium recurrere possint, prout per quasdam Urbani, & Innoc. Prædeceff. in simili forma Brevis literas cavetur.

§.7. Quarto declarari, quod quando Superior Provincialis d. reformationis Constitutionibus, feu Literis Apoftolicis, per quas pœna privationis officii imponitur, contravenerit, Definitores in eorum Definitorio, vel extra illud, eveniente casu procedere valeant ad declarandum eum in pœnam hujusmodi incurrisse, eumque officio privare, non obstante prædicta Constitutione, ac insuper declarari utrum jus, de quo inibi fit mentio, fit jus commune, an vero jus particulare d. Religionis, videlicet leges, & Constitutiones a Romanis Pontificibus editæ. Emanavit a prædictorum Cardinalium Congreg. Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.8. Sacra Congregatio Eminentiffim.

S.R.E. Card. negotiis, & consultationibus Episc., & Regularium præposita, attentis narratis, reque Eminentiffimo Carpineo referente diligenter, & mature discussa, censuit decernendum, & declarandum, quemadmodum præsentium tenore decernit, & declarat ut infra videlicet, ad primum quod Gen. vifitet juxta formam, & dispositionem Brevis san. mem. Clem. VIII. Ad secundum idem Gen. servet omnino Brevis san. mem. Urb. VIII. Dat. sub die 9. Januarii 1630. adeo ut expensa, quæ dantur pro vifitatione, omnibus computatis non excedant summam scutorum ducentorum, moneta Romanæ, nec etiam a sponte dantibus aliud quidquam ultra d. summam sub expressis pœnis recipere audeat. Ad tertium, quod ferventur pariter literæ in forma Brevis emanate de anno 1641. a fe: re: Urbano VIII. de anno 1646. a simil. mem. Innoc. X. in iis quæ concernunt appellationem, seu recursum ad Definitorium. Et ad quartum, quod quando Provincialis crimen commisit, ex quo de jure deponendus, vel privandus venerit, itidem procedendum esse in casibus tam de jure communi, quam de jure Constitutionum dictæ Reformationis d. Prov. del Tardon a S. Sede Apoft. confirmatis. Ac proinde ita circa præmissa de cætero omnimode exequi, & respective obfervari mandat, & præcipit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 14. Febr. 1659. M. Card. Ginettus.

§.9. Cum autem sicut d. Francifcus Procurator Gen. Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & obfervatione apoftolica confirmationis nostræ patrocinio communitri summopere desideret: Nos ipsum Francifcum specialibus favoribus, & gratis profequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Decretum præinsertum auctoritate apoftolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apoftolica firmitatis robur adiciamus, salva semper in præmissis auctoritate Congreg. memoratorum Card.

§.10. Decernentes easdem præfentes literas semper firmas &c. inviolabiliter obfervari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios &c. definiri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, necnon quatenus opus fit, Congregationis, seu Provinciae, & Ord. hujusmodi etiam juramento &c. in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibus.

§.12. Volumus autem, ut eorumdem præfentium transumptis manu &c. eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ

Prædictorum declaratio.

Confirmat decretum.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Transumptis credi jubet.

quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.
Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die 12. Novembris 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Dat. die 12. Nov. 1659. An.V.

Ex Regest. in Sacrat. Brevis

CCLXIX.
Decernit quædam statuta Ord. FF. Min. S. Francisci de Observantia circa electionem Guardianorum omnino obfervanda esse, ac proinde omnes electiones, quæ de cætero in Prov. Granaten. Ord. hujusmodi fient tam Præsidentium in Guardianos, quam illorum qui ante Congreg. Provinciale intermediam Guardianorum Officia renunciarint, si in eo triennio reeligerentur, esse cassandas irritandas, & annullandas.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

§.1. Alias pro parte dilectorum filiorum FF. Prov. Granaten. Ord. Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congreg. Venerabilium FF. nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod licet per statuta d. Ord. Romana quidem anno 1612. tit. de Prælati §. 11., & Segobienfia anno 1621. respective edita tit. de Guardianis, caveatur expresse, ut nullus Guardianus triennio expleto, possit continuare (etiam cum titulo Præsidentis) neque in eodem Conventu, nec in alio. Provincialis autem Minister, qui consenserit, suo fit privatus officio: Ac insuper per eadem statuta Romana §.3. disponatur, quod si quis Frater Conventui vacanti præfectus fuerit Præsident, non poterit Guardianus eligi ejusdem Conventus (pro illa vice dumtaxat) Minister vero Provincialis, qui contrafecerit, vel consenserit, sit officio privatus, & electio irrita, & nulla, prout ex tunc a Capitulo Generali declarata fuit: nihilominus in dicta Provincia non sine tranquillitatis, & Observantia Regularis detrimento invaluisse abusus, ut quando post Capitulum Provinciale aliqua ex causa vocarent aliquæ Guardianie, eligerentur in Præsidentes illi, qui in Capitulo Officium finivissent; ac Præsidentes per vacantiam Guardianiarum electi eligerentur postea in Guardianos eorumdem Conventuum; Et Guardiani electi in Congregationibus intermediis, vel particularibus aliquibus mensibus ante futuram Congregationem, in qua Officia finire deberent, renunciarent, ut eligerentur in ea Congregatione, ad hoc ut suffragium darent in futuro Capitulo, quippe quorum suffragia essent certa, & a gubernantibus Provinciæ experta; Sicque per multos annos in Officiis perpetuarentur: Et in eadem expositione subjuncto, quod tales abusus libertati electionum adversarentur, fomentum ambitionis continerent,

scandalum Religiosorum benemeritorum inducerent, ac in totius familiæ detrimentum, ob malum exemplum, cedere possent: eaque propter prædictis Cardinalibus supplicato, ut opportunum præmissis remedium adhiberent: emanavit ab eorumdem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.2. Sacra Congregatio Eminentiffimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, ac auditis relationibus tum Ministri Generalis, tum etiam Commissarii Generalis Curie Ordinis hujusmodi, censuit supramemorata statuta omnino obfervanda esse, ac proinde omnes electiones, quæ de cætero in præfata Granatenfi Provincia fient, tam Præsidentium in Guardianos, quam illorum, qui ante Congregationem Provinciale intermediam Guardianatum Officia renunciarint, si in eo triennio reeligerentur, esse cassandas, irritandas, & annullandas. Ministri vero Provinciale illis consensum præstantem esse omnimode privandum. Hujusmodi autem electiones, si quæ ante hac factæ fuerint, ad tollenda incommoda, & inconvenientia, quæ ex earum annullatione, seu cassatione orirentur, duxit confirmandas esse, earumque omnes, & quascumque invaliditates, & defectus supplendos, prout præsentis decreti vigore obfervari, cassari, irritari, & annullari, privari, confirmari, & suppleri respective vult, mandat, & præcipit. Romæ die 3. Octobris 1659. M. Card. Ginettus.

§.3. Cum autem, sicut d. Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi apoftolica confirmationis nostræ robore communitri summopere desideret: Nos eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratis profequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate apoftolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apoftolicæ firmitatis robur adiciamus; Salva semper in præmissis auctoritate Congreg. prædictorum Cardinalium.

§.4. Decernentes easdem præfentes literas semper firmas &c. sicque in præmissis per quoscumque Judices &c. definiri debere, ac irritum, & inane, si secus &c. contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, necnon quatenus opus sit d. Prov., & aliis quibusvis &c. cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die 18. Novembris 1659. Pontificatus nostri Anno V.

Sac. Congregat. decretum

Confirmatur decretum.

Decretum irritans.

Derogatio contrariorum

Dat. die 18. Nov. 1659. An.V.

Ut